



R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

28. De S. Petro, tripart. Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo
Ecclesiam meam. Matth. 16.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

libra Pauli, inquit S. Chryfost. hom. de eius con-
vert. O ergo celestes, & efficaces Tubae, Petrus
hinc, inde Paulus! O Principes terrae gloriosi, ubi-
que fidei hostes expugnantes, contra idola, erro-
res, vitia dimicantes, Infernum & Satanam. Princi-
pesque huius mundi, & Principes tenebrarum de-
bellantes. Virisque unica cura fuit ad caelorum
regnum omnes convocare, janua eis demonst-
rare & aperire, Duceque fere eis vita, doctrina, exem-
plo praebere, & praerere. Vnde Fortunatus Venantius
fide de Petro & Paulo canit:

*Caelorum porte, laeti duo lumina mundi.
Ore tonas Paulus, fulgurat arce Petrus.
Inter Apostolos radianti luce coronas.
Doctior hic monuit, celsior ille gradu.
Corda per hunc hominum referantur, & astra per
illum:*

*Quos docet ille stylo, suscipit ille polo,
Pannit iter caelis hic dogmate, clarioribus alter:
Est via cui Paulus, iam nunc sola Petrus.
A facie hostili duo propugnacula praesunt,
Quos fides urres, Verbs Caput Orbis habet.*

Hae de laudibus Sanctorum Petri & Pauli conjun-
ctim; sed de illis etiam sigillatim pauca hic delibo;
innuicra enim sunt eorum encomia, quae integris
libris nonnulli profaquantur. Vnde sancti Petri
nonnulla privilegia nobis obiter sufficere explica-
re, & postmodum etiam de virtutibus ac prae-rogati-
vis sancti Pauli pauca proponere, & in medium
producere.

Fortuna-
tus lib. 9.
civm.

Lect. 28.
tripar-
tita.

DE S. PETRO.

*Thes Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclē-
siam meam Matth. 16.*

Pars I.
De privi-
legiis S.
Petri in
vita.

Triplicia privilegia possimus in S. Petro Apo-
stolo annotare, quibus à Domino specialiter
fuit condecoratus. Quaedam enim fortius est in
vita, quaedam in morte, quaedam post mortem. In
vita quidem praeterquam quoddam vocatus fuerit spe-
ciali Domini voce inter primos ad Apostolatum,
qui est suprema in Ecclesia Christiana dignitas,
hoc habuit praeter ceteros privilegii, quod spe-
cialiter fuit à Domino constitutus Petra, Funda-
mentum, Caput Ecclesiae. Vnde & ej nomen immu-
tavit tamquam specialis Patrimus, voluitque ut ejus
nomen proprium foret Petrus, cum antea Simon
vocaretur. Hoc imitantur Supremi Pontifices, no-
vum nomen in sua inauguratione accipientes. Di-
xit ergo ei Dominus: *Thes Petrus, & super hanc pe-
tram aedificabo Ecclēsiā meam, & porta inferi non
praevaldebit adversus eam. Quasi dicat, interprete
S. Leone scilicet, in anniversario assump. sua: Cum
ego sim inviolabilis Petra, ego lapsus angularis quid
facio utraque, unum ego fundamentum praeter quod
nemo potest aliud ponere: tamen ego quoque petra es,
quia mea virtute solvitur, ut qua mihi potestate sunt
propria, tibi sint mecum participatione communia.*

Matth. 16.

Petra erat Christus, inquit Apostolus; à Christo
petra, nomen petrae mutatur Petrus. O innuncu-
patione novi nominis felix Ecclesiae fundamentum!
O beatum nomen, quod os Domini nominavit!
Petrus quidem ex se pulvis erat & cinis, arenaque
mobilis, si vires proprias spectemus, ideoque om-
ne aedificium in eo situm mutabilitati foret obno-
xium & mutabilitati, sed qui prius erat Simon, id est
obediens, quia illicò Christum vocantem secutus
est, nunc Petrus dicitur, & fit Petra inconcussa,
illo sic volente qui potens est perfectissimam soli-
ditatem dare etiam arenae. Vnde dicit: *Super hanc
Petram aedificabo Ecclēsiā meam.* Quasi dicat:
Ego, ego sum, qui te petram constituo: ego, ego
sum qui istud aedificium construo. Nemo dubitet
de ejus soliditate, illa enim inviolabilis erit me stru-
ctore & auctore, & nemo illam possit impetiri
praeter me. Nisi Dominus aedificaverit domum, in-
vanum laborant qui aedificant eam, illo autem aedi-
ficante, frustra agit qui quis nititur diruere. Nec por-
ta inferi praevaldebit adversus eam. Egre-
dientes ex inferis haereses, persecutiones, diabolicae mo-
litiones non ei nocebunt, non praevaldebit. Non
dicit, non oppugnabunt, vult enim oppugnetur,
ut magis eluceat à se fundatam. Pluvia, flamma,
venti irruerunt in domum illam: sed frustraneo &
irrito conatu, quia non super labilem initiata erant
arenam, sed supra firmam petram perfectè con-
structa.

1. Cor. 10.

Psal. 126.

Matth. 7.

*Nam velut allisos Mons videt fluctus & undas,
Sic stat in mediis hac bene firma malis.*

Oppugnabunt ergo portae inferi & Principes eor-
um hoc aedificium Ecclesiae, at non expugnabunt:

Psal. 128.

*Sapè expugnaverunt me à juventute mea, etenim
non poterunt mihi. Non deerunt quidam: Exina-
nate, extirpante usque ad fundamentum in ea, sed ir-
ritus erit conatus, quia allidentur ad petram, & pe-
tra conteret eos. Adveniet generatio & generatio
in eam irruens; sed praeteribit instar torrentis ad
tempus praesentis, ipsa autem in aeternum sta-
bit. Generatio Ariana, Nestoriana, Pelagiana, Lu-
therana, Calviniana insurget adversus eam, post
Nerones, Diocletianos, Maximinos; sed tandem
evanescent omnes, illa perdurante & persistente.*

Psal. 138.

Ex hoc porò Christi promisso & speciali erga
Petrum beneficio, multae ejus deducuntur prae-rogati-
vae, multaque divina dona in eo praeminentia
agnoscuntur.

Imprimis enim illi tamquam Petrae & Funda-
mento totius Ecclesiae, tamquam Apostolorum S. Petro
Capiti & Principi, fides eminens & indefectibilis à Ecclesia
Christo collata est, assistentiaque Spiritus sancti capiti as-
infalibilis ad regendam Ecclesiam, & docendum
ea quae fidem concernunt, ita ut in ea non possit
errare. Quod etiam ejus est concessum successori-
bus. Quapropter iturus Christus ad crucem dice-
bat Petro: *Ecce Satanas expetivit vos ut cribaret
sicut triticum, ego autem rogavi pro te ut non de-
ficiat fides tua; & in aliquando converteris confirmas*

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

fratres tuos. Quali dicat peroptat Satanas tentationum impulsu vos exagitare, & sicut triticum excutitur a cubro aut vannis, ita & fidei vannis vos excutere molitur. Et ego pro omnibus quidem rogavi, sed pro te specialiter, o Petre, quem Caput ceterorum discipulorum meorum esse volui, ut fides tua non deficiat. Quapropter tu aliquando conversus i peccato negotiationis, confirma in fide orthodoxa, & in his quae ad salutem spectant, fratres tuos, non solum Apostolos, sed & omnes Fideles. *Excurge per condesertum, & bibo de fonte misericordiae; sed in eadem mensura qua propinatum est tibi, remittis ei;* *Et ad formam tuam qui cecidisti, ut resurgat;* inquit Arnoldus Carnotensis. Certè fidei lux eminentiam aliquoties Petrus ostenderit supra ceteros. In primis cum Dominus de manducatione carnis suae necessaria ad salutem differens, multique discipuli ejus offensi sermone eum desererent, Interrogavit duodecim; Numquid & vos vultis abire? Respondit vero ei tunc Simon Petrus: *Domine ad quem ibimus? Verba vitae aeternae habes;* *Et nos credimus, & cognovimus, quia tu es Filius Dei.* Quibus verbis dilucide extollit Christi excellentiam, commendat doctrinam, profitetur fidem, ostenditque amorem à tali Magistro inseparabilem. Et quidem omnium vice loquitur, quasi reliquorum Apostolorum os, & quia ardens erat praeter ceteris fide & charitate. Viretus fidei suae eminentiam & fervorem ostendit maxime in hodierno Evangelio. Interrogabat Dominus, quid de se homines sentirent; variisque retulerunt discipuli plebis opiniones; quod scilicet quidam eum Esiam, quidam Hieremiam, quidam Joannem Baptistam, aut et unum ex Prophetis antiquis assererent; exstimabant aliquem ex his resuscitatum, vel secundum haereticam quandam tunc vigentem defunctorum animas transmigrae in alia corpora. Postmodum interrogat quid ipsimet opinarentur, quidve assererent? Tunc Petrus unus pro multis, & unus praeter multos responsum dedit: *Tu es Christus Filius Dei vivi.* O professionem claram fidei, quae divinitas in Christo abcondita enarratur, & ipsam Trinitatis mysterium insinuat! Quasi dicat Petrus: Ego asserenter pronuncio te non esse Joannem Baptistam, aut Esiam, aut Hieremiam, aut unum ex Prophetis, sed Messiam Filium Dei vivi, Filium Patris aeterni, ab aeterno genitum Deum de Deo lumen de lumine, Deum vivum de Deo vivo, Deum verum de Deo vero. Fides nostra duo primaria mysteria proficitur; mysterium Incarnationis & Trinitatis. Petrus meminit personae Patris & Filii, & tacite ac consecutivè Spiritus sancti, qui est nexus & amor Patris & Filii: mysterium autem Incarnationis facitur, dum dicitur *Tu es Christus;* oleo scilicet invisibili Spiritus sancti unctus secundum humanam naturam. O fidem Domini ore laudaram, caelesti Patris dono acceptam; Spiritus sancti gratia in corde Petri firmatam, qui & ideo *Barion;* id est, filius co-

lumbae specialiter audit! De hac fide Petri eleganter Fulgentius lib. 3. ad Traifmandum Regem c. 15. ubi ait: *Nec hoc praeterea vultis exisimo, quod Christo primum se filium hominis nuncupanti, Petrus dicit: Tu es Christus Filius Dei vivi. Nam Filius Dei humanitate suscepta debuit in se sacramentum magis prae se ostendere: homo vero redemptus debuit in filio hominis verans divinae Naturae substantiam praedicare; ne ab eodem Redemptore beneficium gratuita misericordiae ostendatur, à redemptio divina confessionis obsequium redderetur.*

Illud porò notatu dignum est, quòd non sine mysterio Christus hic pronunciat per Petro *Filius Dei vivi.* Neque solum id vulgari sensu accipiendum est (quasi tantummodo sic voceretur Petrus ad distinctionem idolorum & falsorum Deorum, qui sunt Diimortui) sed ad sublimiorem est asurgendum, quando quidem haec vox ad eò sublimiter à Christo laudatur, & coelo esse perhibetur, specialiterque remunerationem accipit tanquam vox fundamentalis fidei, doctrinaeque salutariae. Itaque dum Princeps Apostolorum caelestis edocuit à Patre hanc professionem facit nomine suo & equus Apostolici Collegii, vocare censendus est Christum *Filium Dei vivi;* ad distinctionem eorum qui sunt filii Dei non per naturam sicut Christus Dominus, sed per adoptionem, non per essentiam, sed per participationem; de quibus dixit Dominus ipsos etiam esse Deos, per divinae seilicet naturae consortium, quod per gratiam adoptionis nanciscuntur. Christus ergo specialiter *Filius est Dei vivi.* Hi autem qui per adoptionem filii sunt, specialiter dei possunt filii *Dei morientis, aut filii Dei mortui.* Ipsi enim sunt geniti per Deum in cruce mortem, ipsi filiationem suam adepti sunt per Deum crucifixam & mortuam, *Iesus* autem genitus est Filius Dei per Deum vivum & immortalem, per eum qui in se vita & primum vitae principium est, qui filio suo eandem securum dat vitam, ut nobis communicet eam per gratiam, quam habet ipse per naturam. Quia verò vitam illam gratiae, quae ad vitam perducit aeternam, nobis Filius noluit impertiri, nisi per mortem suam, ideo dicitur *filii Dei morientis,* quia mors ejus principium est vitae nostrae; & per illam filii Dei efficiuntur. An non admirabilis generatio quae producitur moriendo? An non de illa dicitur: *Generatioem illam, quae enarravitis Quia abscissus est de terra visentium.* Generavit ergo admirabili generatione filios suos, semen longevum & benedictum, quando de terra viventium abscindebatur, quando in crucis thalamo emortebatur. Itaque Christus Dominus est Deus vivus de Deo vivo, in aeternitate à Patre genitus; sed & ipse quoque est Deus moriens filios generans morte sua in cruce. Ipse est ita Filius Dei viventis, ut nò sit Filius Dei morientis; quia ne quidem secundum humanitatem dici potest Filius Dei mortui aut morientis, sicut omnes alii homines, tum quia non est filius per adoptionem, tum quia gratiam quam habet creatam, & inseculam in ani-

Christus cum filio Dei veri dicitur.

Eminentia fidei S. Petri.

Ioan. 6.

Matt. 16.

Mysterium Incarnationis & Trinitatis proficitur S. Petrus.

ITEM

nam & humanitatem, non habet nisi à vita Dei simpliciter, nec venit illa per mortem Dei, sicut vita & gratia omnium aliorum hominum. Ergo rectè à S. Petro asseritur non sine mysterio, Filius Dei vivi, ad distinctionem nostram, sive ad distinctionem omnium aliorum Dei filiorum per adoptionem, per quam sunt filij Dei mortuorum.

Hæc est ergo confessio Petri, quam caro & sanguis non revelavit, sed Pater cælestis, ob quâ Christus Dominus Petrum beatum prædicavit, quam primarum Ecclesie & traditione clavium regni cælestis remuneravit, quam indebilem & in æternum permanentem voluit; quia in Ecclesia vox illa jugiter perseverabit, & per illam efficietur Ecclesia supra Petrum constituta, & supra hæc fidei confessionem fundata inviolabilis contra omnem violentiam Tyrannorum & hæreticorum ac infidelium. De quo sic loquitur S. Chrysostomus: *Tempestatibus suscipit Ecclesia, sed non mergitur. jacula in eam mittuntur, sed non perforantur: machinamenta præparantur, sed turris non eliditur. Vnum sermonem locutus est Piscator, & sicut Turris immobilis perseveravit. Quamvis Tyranni verbum hoc delere conati sunt, sed non potuerunt: Supra petram enim Domini fundatum erat. Considera tyrannos, Regum diademata, gladios, belluarum dentes, caminos, sanguines, & omnia machinamenta parata Phœtorem suam evacuavit diabolus, sed nihil Ecclesiam laesit, quia porta inferi non prævaldebit adversus eam.*

Chrysost. serm. de Pentecost.

Ardens charitas S. Petri pp. cate. 78.

Ioan. 20.

Cur S. Petrus ter interrogatus diligat Christum.

R. 1.

R. 2.

do genitos infantes) quàm erga oves, hoc est erga perfectos & robustiores, atque etiam erga ipsos inferiores Pastores, qui Oves rectè dicuntur tamquam gignentes Christo agnos, hoc est Fideles. Quapropter hoc sic ex ferore charitatis & zeli alloquitur; *Seniores qui in vobis sunt obsecro consenior & testis Christi passionum, & ejus quæ in futuro est gloria communitator, Pascite qui in vobis est gregem Dei, providentes non coacte sed spontaneè secundum Deum. Quasi dicat: Obtestor vos, & per sacra omnia aduro, per ipsam Passionem Christi cujus testis sum, per ipsam sanguinem quem pro grege fudit, per gloriam quam expectamus, & cujus ego in monte suavitatem prælibavi, pascite & regite Fideles cura vestre commissos, providentes, superintendentes, supervigilantes, non invite & agite, sed spontaneè & alacri charitate, juxta Dei voluntatem, non aliud spectando quàm ejus gloriam. Hoc ipse monebat Pastor ovium, Pastor Pastorum, quod suo exemplo prædorcebat, nam & instat primi Pastoris Christi pro grege & fide stabilienda sanguinem fudit, & mortem in cruce obijt miro zelo & charitate. Ideo ergo à Domino ovilis totius Pastor fuerat constitutus, quia in tantum præcebat charitate, quantum Saul corporis magnitudine.*

Terziò, ex illo Christi beneficio & promisso cura est in Petro non solum gratia efficax verbi ad convertendos infideles, & confirmandos fideles, gratia sed etiam specialis gratia miraculorum. Gratia efficax verbi divini in eo satis patuit, quòd in diebus Pentecostes duplici concione octo millia ad Christum convertit, ut supra diximus. Patuit & efficacia verbi ejus erga Attaniam & Sapphicam, quos fraudantes de pretio agri ita voce sua percudit, ut subito expirarent. Gratia autem miraculorum ita in eo eminuit, ut primum miraculorum post Christi ascensum edidisse legatur, dum in testimonium recentis fidei claudum sedentem ad Portam Speciosam templi subito cum omnium admiratione sanavit, dicens: *In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula.* Testantur quoque Acta Apostolorum in plateis certatim infirmos fuisse positos, ut saltem umbra Petri transeuntis obumbraret eos & sanaret. *Et tantam habuit in Petro efficaciam reddenda sanitatis vel sola inani quadam specie vacua imaginis, ut loquitur S. Aug. serm. 28. de Sanctis, quatur magis nunc plentudo virtutis.* Notum est de S. Martino ad evangelizandum Belgis & Germanis misso, in itinere febre correpto & morbo, per solum Petri baculum resuscitato. Denique, & ante passionem Dominus voluit ipsum super aquas ambulare, sicut & ipse ambulabat, ut jam eum suum designaret Vicarium miraculorum gratia speciali potentem, teste S. Bernardo.

Efficax

miraculorum in S. Petro.

Ahor. 3.

Ahor. 3.

Privilegia S. Petri durante vita, quæ hic breviter recolligimus. Privilegium ergo Petri.

Ex his igitur omnibus patent multiplicia privilegia Petri durante vita, quæ hic breviter recolligimus. Privilegium ergo Petri.

1. In speciali ad Apostolatum vocatione & electione.

Luc. 1.
Vide etiā
Matth. 16.

ctione: *Erant pernoctans in oratione Dei, & cum dies factus esset, vocavit discipulos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominavit, Simonem quem cognominavit Petrum. Ecce primus omnium nominatur Petrus, non fortuito, sed divino consilio.*

2.
Iohan. 1.
Matth. 16.

2. In novi nominis nuncupatione: *Vocaberis Cephas. Item: Tu es Petrus. Idem est Cephas & Petrus sive Petra.*

3.
Ibid.

3. In primatus adoptione, & clavium cœli ei facta traditione. *Qui claves habet, in domum potestatem habet, vel in urbem, si urbis ei claves dantur. Petrus inauguratur per claves, quia in regnum cœlestis nos admittit, vel etiam quia in Ecclesiam, quæ Regem cœlestium dicitur: quia cœlestem habet Regem, cœlestes leges, cœlestia instituta, cœlestia promissa & præmia, & ad hoc nititur ut homines cœlestes efficiat, quia de cœlo est, & de cœlo loquitur, & ejus conversatio in cœlo est. Notat verbò Origenes hom. 6. in Matth., differentiam, cum dicitur Petro: *Tibi dabo claves regni cœlorum. Apostolis autem: Quaecumque ligaveris super terram, erunt ligata & in cœlo: quaecumque solveris super terram, erunt soluta & in cœlo. Hic in singulari dicitur, in cœlo, ibi in plurali, claves regni cœlorum. Audi verba Origenis: Non modica differrentia est, quod Petro data sunt claves non unius cœli, sed multorum cœlorum, ut quaecumque ligaveris super terram sint ligata non solum in uno cœlo, sed in omnibus cœlis. Ad eos autem qui multi sunt ligatores & solutores in terra, dicit ut alligent non in cœlis ut Petrus, sed in uno cœlo, quia non sunt in tanta perfectione sicut Petrus, ut alligent in omnibus cœlis. Hæc ille. Nempe Petrus super omnes Ecclesias potestatem habet, ideoque super omne regnum cœlorum. Sententia Petri præcedit sententiam cœli, inquit S. Bernardus, ser. 1. de Petro & Paulo.**

4.
Luc. 5.

4. In deambulatione super aquas, item & in miraculo a pificatione, quæ Petri navicula, in quam ascenderat Dominus, adimpleta fuit, quando ei stupenti & ad pedes Domini procedenti dictum est: *Noli timere: ex hoc jam homines eris capiens. Significabatur exuberantis Ecclesie initia in hac Petri navicula piscibus plena.*

5.
Matth. 17.

5. In tributi solutione: *Accesserunt enim ad Petrum qui didrachma accipiebant, & dixerant: Magister vester non solvis didrachma. Ait: Etiam. Cum autem intrasset domum, prævenit eum Iesus, dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges terra à quibus accipiunt tributum vel censum, à filijs suis, an ab alienis? Et ille dixit: Ab alienis. Dixit ei Iesus: Ergo liberi sunt filij. Ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & primam piscem qui ascenderit, tolle, & aperto ore ejus invenies staterem, illum sumens da eum pro me & te. Pro alijs non solvit, qui pro Petro solvit, volens Petri super cæteros excellentiam ostendere, ut notat S. Iohannes Chryostomus.*

6.

6. In lotionem pedum, hanc enim à Petro inchoasse Christum S. Augustinus testis est, ut & hunc

primò doceret, quod qui major est, debeat fieri sicut minor, & qui præcessor est, sicut ministrator. Hoc concernebat Petrum, quem cæteris Superiorem fecerat Dominus; concernebat & ejus in primatu successores qui exemplo Christi & Petri informati alijs lavant pedes. Addit Evodius Episcopus Antiochenus, & Clemens Alexandrinus, Petrum baptizatum à Christo fuisse ablutum, idque privilegium habuisse, inter cæteros Apostolos, quos Christus non propria manu, sed per Petrum baptizavit.

Luc. 22.

7.

7. In accepta certitudine de peccati sui remissione, quam & confirmavit Dominus apprensus ei mox à resurrectione, & quidem primò inter Apostolos; ad quem & miserat mulieres resurrectionis primò testes. Confirmavit quoque eandem peccati remissionem dum post suam resurrectionem tertio eum interrogat de amore, & tertio dicit ei, *Pasce*, Pastorem universalem eum institutus, qui conversus confirmare possit fratres suos.

Iohan. 21.

8.

Denique, privilegium ejus patuit in Verbi divini prædicatione, & animarum adeò fecunda conversione, in Matthiæ quoque electione, ac in miraculorum planè admiranda potestate. Insuper & in Concilio primi Ierolymitani sessione, ac de Legalibus facta resolutione. Ubi primò Petrus in medio Apostolorum & Seniorum sic loquitur: *Viri fratres, vos scitis quoniam ab antiquis diebus Deus elegit me nobis per os meum audire gentes verbum Evangelij & credere. Et qui novis corda Deis, testimonium perhibuit dans illis Spiritum Sanctum sicut & nobis, & nihil discrevit inter illos & nos sedes purificam corda eorum. Nunc ergo quid tentatis imponere iugum super cervicibus discipulorum, quod neque Patres nostri, neque nos portare potuimus? Sed per gratiam Domini nostri Jesu Christi credimus salvari quemadmodum & illi. Hæc S. Petrus, cui mox subscipit Iacobus Episcopus Hierolymitanus.*

Act. 15.

9.

Quantum ad privilegium mortem concernens, illud non in postremis numerandum est, quod dignatus sit ei Dominus istam ipsi ante revelare, & de electione & perseverantia certum ipsum reddere. Quapropter sic loquitur: *Iustus arboret, quantum sit in hoc tabernaculo, suscitare vos in commotione, certus quod vobis est depositus tabernaculus meus, secundum quod & Dominus noster Iesus Christus significavit mihi. Monebat porro Fideles, ut fastigerent per bona opera certam facere suam vocationem & electionem, quando jam ipse certus erat Domino revelante suæmet electionis & perseverantia Magnam id certè beneficium quia sine speciali gratia, nempe sit an odio an amore su dignus? sed omnia in futurum servantur incerta. Quapropter & Apostolus dicebat: *Castigo corpus meum, & in servitutem redago, ne forè cum alijs prædicavero, ipse reprobus inveniar. Propter hanc quoque incertitudinem continuis lachrymis sese respergebat Arsenius. Multi quippe, qui tanquam fidera effulgere videbantur, tandem in fine tenebris & atra obducti**

PARS II.

De privilegio

S. Petri

in morte

ejus.

2. Pet. 1.

1.

Mors

S. Petri

revelata.

Eccl. 9.

1. Cor. 9.

obducti caligine, à cauda Draconis in abyssum pertracti. Hæc quoque est ratio cur S. Franciscus duobus circiter annis ante mortem certior factus de sua perleventiâ & prædestinatione octiduo exaltari in spiritu, continû cum jubilo inclamans: *Laudetur Dominus, laudetur Dominus.* Tantoque perfusus fuit gaudio, ut nec Horas Canonicas persolvere, nec comedere, nec quicquam aliud agere posset, quam cum mentis admirabili jubilatione Dominum laudare, & gratias agere.

2. Genus mortis revelatum S. Petro. *178. 21.*

Uterius, non solum dicimus, quod S. Petro ex privilegio speciali revelata fuerit mors instans, sed etiam genus mortis, martirium scilicet crucis, quod scire debebat ad imitationem & isquemam peritiam Christi. Ipse quondam illud genus mortis Petrus insinuat dum dixerat: *Cum eses junior, cingebas te. Et ambulabas ubi volebas; cum autem senex es, extendis manus tuas, et alius te cinget, et ducet quod tu non vis.* Addit Evangelista: *Hæc autem dicebat, significans quia mori clarificaturus esset Deum.* Et cum hoc dixisset, dixit ei: *Sequere me.* Quid est, Sequere me? An non per mortis idem cum Christo genus hæc sequela recte intelligitur? Audi Tertulianum in Scorpiaco c. 14. *Orientem fidem primus Roma Nere eremtoravit. Tunc Petrus ab altero cingitur, cum cruce astringitur.* Item de præscript. c. 16. *Roma Petrus Passionis Dominice adagatur.* Hæc nempe est sequela, de qua Christus Petro. *Audi & aliam historiam.*

3. Christus apparuit S. Petro ante martyrium suum.

Apparuit Christus Petro paulo ante mortem & martyrium rogatu Fidei et carcere fugienti. Quem cum agnovisset Petrus, interrogavit: *Dominus, qui visus?* Respondit Dominus: *Vado Romam, iterum crucifigi.* Intellexit ergo tunc se vocari ad crucem, ideoque in carcerem rediit, & cruci postea affixus fuit. Extrat Romæ in via Appia Sacellum in hujus apparitionis memoriam; ubi & vestigia Domini venerantur Fideles. Illam etiam historiam enarrant SS. Ambros. ep. 33. Gregor. in Psal. 3. penitentialem. Egesippus lib. 3. de excidio Ierusalem, & alij. Neque tamen existimo, hanc esse apparitionem & revelationem, de qua loquitur S. Petrus in Epistola 2. quia jam epistola illa antea confcripta erat. Sed non infrequenter Petro Christus apparuit, ideoque alia revelatione id ei potuit prius revelare, paulo autem ante mortem memoriam quoque eum reddere de mortis genere.

4. Carceris sui custodes non convertere.

Denique, & hoc privilegij circa mortem Petri agnoscamus, quod carceris custodes Processum scilicet & Martinianum cum alijs quadraginta meruerit convertere, ac repente & saxo tonie exorto (qui adhuc modò visitur) eos baptizare, atque ad martyrium animare. Ita enim à Petro morti jam vicino conformati sunt in fide, & in nominis divini invocatione, ut non aliud in tormentis inclamarent, quàm illud: *Sit nomen Domini benedictum.* O Petri mors felix, quæ tot alijs potuit veram vitam parere! O felix victima Petrus in cruce, quam secute sunt tot animæ ab ipso convertæ, Christoq; per

Tomus II.

martyrium dicatæ & immolatæ! O verè beata mors, cui præfens Christus affuit, ut Romæ fieret crucifixus! Sicut enim in Stephano fuit lapidatus, in Bartholomæo excoriatus, in Iacobo decollatus, sic & in Petro fuit crucifixus, tanquam scilicet caput in membris. Ideo dicebat Petrus: *Vado Romam iterum crucifigi.*

Vi pedibus sursum crucifigetur, rogaverit.

Hoc verò prætereundum non est, Petrum rogasse, & impetrasse, ut capite in terram verò crucifigetur, pedibusque sursum. Quod quidem ex humilitate rogavit, ne Christo adæquaretur, & quia, inquebat ipse, cum Christus de cælo descenderit, merito erectus fuit crucifixus, ut & terram aspiceret, pro qua moriebatur, Calvariamque Adæ, quam suo respergebat cruore, ego autem in cælum iturus opto illud respicere, pedesque sursum illic dirigere. De hac re sic loquitur S. Chrysostomus: *Gaudens Petrus, qui ligno crucis fructus et ad similitudinem Magistri. Recta quidem figura sicut Dominus crucifigi noluit, sed magis inverso capite, velut à terra in cælum iter parans. O claros illos beatos, qui membra illis sanctissima pertransierunt!*

Apertè hic Petrus in cruce inversus, ut membra Christi consideratur. Nam quando quispiam est in sublimi vertice, umbra quæ ab ejus corpore fit, cadens per declivem inversam repræsentat figuram illius corporis, & inversis vestigijs exprimit corpus ejus est umbra. Huc alludere videtur S. Ambrosius in Psal. 118. octonario 21. dum sic loquitur: *Non fuit opprobrio Petro cruce Christi, quia tantum ejus gloria dedit, ut Christum inversis honoraret vestigijs, manserit ne si ea specie crucifixus esset, qua Dominus, affluisse Domini gloriam videretur.* De Christo ergo & Petro, tanquam corpore & umbra, sic canere possumus:

S. Petrus in cruce inversus umbra Christi.

Umbra suum corpus sequitur sub Solo, vicissim Corpus & hanc, sequitur sic quoque Petrus Deum Umbra fugis? Sequitur. Sequeris? Fugit ordina verò,

lunæ eritis, sed cum lumina Sol retrahet.

Postremò dicamus, quod post mortem hoc privilegij datum sit cælitus S. Petro, quod ejus meritis Roma Romanumque Imperium fidem Christianam susceperint: adeo ut Roma, tanquam civitas regia & sacerdotalis per sacram B. Petri sedem, caput Orbis effecta, hoc consecuta fuerit, ut *latus præfuleret religione divina, quam dominatione terrena, inquit S. Leo, cui consonat illud S. Prosper.*

PARS III. De privilegio S. Petri post mortem.

Sedes Roma Petri, qua Pastoralis honoris. Fasta caput mundo, quicquid non possidet armis. Religione tenet.

Roma sanguine Apostolorum Petri & Pauli irrigata, tot illa Virginum, tot rosas purpureas Martyrum protulit, ut trecenta millia Martyrum enumeret, quorum vel ossa & pulveres condit & asservat, vel cruore aspersa fuit. Ideo S. Catharina Senensis per plateas Romanas procedens, non sine sensu intimo

Meritis S. Petri Romam imp. fidem suscepit.

pietatis

pietatis singula figebat vestigia dicens: *Ego Calco sanguinem Martyrum*. Sicut ergo Christus Dominus voluit Orientis Regionem suo Sanguine fundare in fide, suaque illustare Passione: sic & Occidentis plagam vice suis Apostolorum sanguine illuminare dignatus est, inquit S. Maximus, Christus ergo fidei primaria fuit Petra, & Sanguis ejus cæmentum quo lapides electi in unâ Ecclesiam coalescerent. Sic & Petrus Petra fuit secundaria, sanguis quoque ejus cæmentum quo Ecclesia firmaretur, & inviolabilis fieret adversus omnes impetus inferorum. Hinc etiam Petri sanguis & fides animavit & firmavit triginta tres Summos Pontifices, qui cum secuti sunt non solum ad cathedram, sed etiam ad martyrium, & mortem intrepidam. Immo sanguis ejus semen fuit innumerabilium Christianorum, qui ad crucem usq; & necem pro fide decertarunt, & trophæa retulerunt. De quo iterum S. Leo: *Duo ista præclara divini germina seminis* loquitur de Petro & Paulo in quantam sobolem germinarint, beatorum mille Martyrum protestantur, qui Apostolorum amulsi triumpharum urbem nostram purpuratis & longo latæque rutilantibus populis ambiarunt, & quasi ex multarum honore gemmarum conferto uno diademate coronaverunt. Quomodo meritis Petri & Pauli Ecclesia tandem creverit in gentem magnam, notum est ex conversione Constantini Imperatoris, quæ potissimum fuit per apparitionem SS. Petri & Pauli ei in somno factam; quorum imagines ubi representavit S. Sylvester, mox agnovit & ejus monitis acquievit Constantinus.

Ser. 1. de Petro & Paulo.

Nullus Pontificum nomen S. Petri assumpsit.

Nullus Pontifex nomen S. Petri attigit.

Rursus privilegium Petri manet, quod nemo hæcenus Pontificum ejus nomen assumpsit: specialiter honore dignum voluit Dominus nomen illud primitus ei datum ob specialem confessionem mysterij incarnationis, cujus notitiam cœlitus acceptat à Patre ut testatur Christus. Habet tamen prophetia quædam S. Malachia Ordin. S. Benedicti, quam refert Amol. Wion in ligno vitæ l. 2. c. 40. ultimum Pontificem fore Petrum Romanum. De quo ita vaticinatur: *In persecutione extrema S. R. E. sedebit Petrus Romanus, qui pasces oves in multis tribulationibus, quibus transiit Civitas Septicollis diruetur. Et index tremendus judicabit populum suum.* Secundum hanc prophetiam primus Pontifex Petrus, ultimus erit & Petrus. Manet quoq; Petri privilegium, quod nullus Summorum Pontificum hæcenus ejus nomen attigerit in Pontificatu, nemo tandem Ecclesiam rexit, nec ullus, ut piè existimat Ecclesia, ad illos regiminis Petri annos est perventurus. Hinc Pontifici, dum inauguratur, scclamari solet: *Beatus Pater, annos Petri non videbis.* Certè experientia tot jam centenorum annorum persuadet, divinam providentiam arcanè ita disposuisse, ut nemo Pontificum adæquet annos Petri, qui sedisse traditur annis 27. Proximè aliqui successerunt, nam Adrianus I. annis 23, sedidit, Alexander III. annis 21, S. Sylvester & S. Leo annis 20. Alij ferè paucioribus nonnulli paucis

mensibus vel diebus, nemo Petri annos attingere potuit.

Huius rei duplex ratio afferri potest. Prima est, quam jam insinuavimus, scilicet ob honorem S. Petri, qui primus Pontificatum Romæ constituit, ut sicut dignitate & meritis, ita etiam reliquis omnibus suis successores annis superet. Altera est, ut moneantur hi, qui in tanto sunt culmine constituti, humilitatem conservare, & despecto honore terreno cœlestem ambire, quandoquidem principatus eorum adeo sit brevis moræ. Sic respondit B. Petrus Damiani Alexandro II. interroganti cur Pontifices tam paucis annis viverent: *Hoc cœlestis iudicij ordo deposuit, ut humano generi metum mortis incuteret, & quam despicenda sit vitæ temporalis gloria in ipso gloria principatu, ac veluti solo deliquim patente, evidenter ostenderet.* l. 1. ep. 17.

1. Ob honorem S. Petri.
2. Ut & Primatus memoriam meminerim.

Denique, Petri dignitas & prærogativa in ipso ejus sepulchro cernitur, quod dum ossa & pulveres recondit, per orbem gloriam spargit, & è quoconque terræ angulo Fideles allicit, ut ventra bundi adventent, & pedem ejus pulverem ingant Quot Reges & Principes illic accesserit? Audi S. Augustini: *Nunc ad memoriam Piscatoris seclantur genita Imperatoris: ibi radiis germina diadematis, ubi fulgent beneficia Piscatoris.*

S. Petri dignitas in ejus sepulchro.

Novum est de Constantino, quomodo octavo post baptismum die venerit ad locum sepulchro Principis Apostolorum consecratum, ubi depositio diademate vim lachrymarum humi jacens profudit, sumptuose ligone terram eruit, & inde duodecim teræ cophinis in honorem duodecim Apostolorum ablatis, locum Ecclesie designavit, & edificavit magnificè. Quam nostro saeculo Pontifices de novo à fundamentis ampliavunt, Virisque & Orbis quoddam miraculum constituerunt.

Notum etiam est, referente S. Chrylostomo, tantum honorem Apostolo detulisse Constantium Constantini filium, ut Constantinum patrem ausus non fuit tumulare intra Basilicam Apostoli, sed in ejus atrio. Existimavit, inquit Chrylostomus, ingenti honore filius se affecturum patrem, si eum in Piscatoris vestibulo poneret. Si quod Imperatoribus sunt in aulis Janitores, hoc in sepulchro Piscatoribus sunt Imperatores.

Chryst. hom. 26. in 2. ad Cor.

Propter hæc omnia meritè Petro dicimus idem quod Christus: *Beatus es Simon Bar-jona.* Vtique beatus es, quia à Domino vocatus, obediens factus es, & vere Simon, quia Simon obedientem significat.

Beatus es, quia Bar-jona, id est filius columbæ cœlestis enim Columba, hoc est Spiritus Sanctus, te totum suis adimplevit donis & gratiis.

Beatus es, quia non Caro & Sanguis, sed Pater cœlestis de divinis te instruxit mysterijs.

Beatus es, quia Petrus & Petra, super quam edificatur Ecclesia, contra quam portæ inferi non prævalebunt.

Beatus es, quia tibi tradite sunt claves regni cœlorum;

lorum, potestas peccata remittendi, & potestas miraculorum cum efficacia Verbi divini tibi specialiter est commissa.

Beatus es, quia Pastor Pastorum, cui non solum Agni, sed & Oves, & Ovium Pastores sunt ad pacendum commissi.

Beatus es & lingua, pronuncians: Tu es Christus Filius Dei vivi. Beati oculi, toties rigati lachrymis contritionis. Beatum cor, quod adeo ardentis zeli fuit & amoris. Beata brachia, vinculis pro Christo conficta. Beati pedes, pro illo cruci confixi. Beatus sanguis, talem in Ecclesia fructum ferens, seminis infar faci. Immo beata & umbra, agros sanans; beata & vincula, quorum vel ralsura ejicit demonia.

Cōclusio. O Beatissime Apostolorum Princeps, & Domini regis Pastor, nos sumus Agni tui, tuæ curæ commisi. Effice meritis tuis, ut verè Agni sumus per manuum tuarum, patientiam, candorem. Dirige nos ad vera pasca, & impetra, ut in fidei à te facta confessione semper perseveremus, ut in spe viva etiam per fluctus hujus sæculi ambulemus, ut in perfectio amore, propter quem electus es, proficiamus. Aspice quoque ex alto Ecclesiam tuam, & Naviculam multis agitatam turbibus ab infidelibus & hæreticis, à vitiorum & errorum inundantibus fluctibus, & deduc eam, nosque in ea, ad securum æternitatis portum, in quo triumphandum Nautarum valeamus celestium perenniter in laudem Dei, tuamque decantare.

DE S. PAULO

Lect. 29. Vas electionis est miles, ut portet nomen in manu eorum Regibus, & populis, & filiis Israel. Act. 9.

De virtutibus S. Pauli.
Numeræ sunt virtutes, quæ in D. Paulo emittent, quia à Deo positus fuit tanquam perfectum speculum & exemplar omnis virtutis à nobis imitandum. Propterea ipse ter de se dicebat, non ex phylantia aut ambitione, sed ex Spiritus divini inspiratione: *Imitatores mei estote sicut & ego Christi.* Ita super ipsum effloruit sanctificatio Christi & Dei, ut anima ejus velut benedictionis irigens hortus & paradysus sit, omni genere virtutum floridus & fecundus, omni gratia & perfectione refertus, & dique ipargens odorem suavitatis, quo animas in sui considerationem & admirationem pellicit. In ipso enim lilium sapientie & castimonie effulget, in ipso redolet viola humilitatis, myrrha poenitentiae, rosa purpureæ charitatis, palma patientiæ, heliotropium devotionis, hyacinthus celestis conversationis. Quos quidem flores etiam nobis licet colligere ad imitationem, & in sinu nostro reponere. Ingredi lubet in hunc Hortum odoriferum gratiarum & virtutum S. Pauli, & ex multis floribus paucos colligere; ut corollam conficiamus verticis ejus sacro imponendam ad præmium, cordis nostri appendendam ad exemplum.

Primò quidem inter S. Pauli prerogativas maxime fulget sapientia celestis, & scientia mysteriorum Dei, quæ de celo hausit. Super omnes enim homines, super omnes Apostolos, immò & super Angelos hæc in re excelluit. Unde fatetur, quod eam non didicerit, nec ab hominibus, nec ab Apostolis, nec ab Angelis, sed immediate à Jesu Christo Filio Dei, & Sapientia Patris æterni. Iesus Paulum per se instruere dignatus est ita eminenter & abundanter, ut & ab ipso aliquid posset in Angelos referre. Quapropter dicit: *Mihi sanctorum ministerio data est hæc gratia in Gentibus evangelizare, ut annotelet Principibus & Potestatibus per Ecclesiam multiformis Sapientia Dei secundum prævisionem sæculorum, quam fecit in Christo Iesu.* Quando in tertium caelum raptus est Paulus (hoc est in paradysum sive caelum empyreum) ad fontem sapientie æternæ os apposuisse tenendum est. Schaulisse tanta copia, ut totam Ecclesiam implete posset, eandem refundens sapientiam, & eructans mysteria abscondita à sæculis. Sublimissime enim postmodum differat de ineffabilibus mysteriis, de gratia, de prædestinatione, de reprobatione, de Gentium vocatione, de Christi redemptione, de ejus æconomia & dispensatione in carne, de Angelorum ordinibus, de Episcoporum muniis, de Hierarchia Ecclesiæ & ejus regimine, de his etiam quæ futura erant in ea. Propterea de eo sic fatetur S. Hieronymus ep. 61. ad Pammachium: *Paulus vas electionis, sub Evangelio, rugitus Leonis nostri, fumen eloquentia Christiana, qui mysterium terræ generationibus ignoratum, & profundum sapientia & scientia Dei magis miratur quam loquitur, quem quotiescumque lego, videor mihi non verba sed audire tonitrua.*

Fatetur in illo raptu Paulus se audisse arcana verba, quæ non licet homini loqui. Doctor totius Orbis factus in Beatorum schola magisterio & gradu admirabili consecratus est & inauguratus, ut è celo referret sapientiam, quam hominibus communicaret. Vidit interim & audivit, quæ communicare non latis posset. Unde postea admirans exclamat: *Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in corde hominis ascendit, quæ preparavit Deus his qui diligunt illum.* Erit enim alibi: *O altitudo divinarum sapientia & scientia Dei!* Unde nonnulli ex Sanctis existimant Paulum vidisse divinam essentiam, & in illa edoctum fuisse de mysteriis absconditis, & gloria divina, gloriaque hominibus preparata; ideo enim raptus videtur in locum Beatorum videntium Deum; ideo etiam dicit se audisse arcana, quæ homini loqui non licet, sive ineffabilia; sola autem essentia divina videtur inter illa numerari, quæ non licet fieri cum attributis suis infinitis & incomprehensibilibus. Hanc sententiam docuit S. Augustinus ep. 112. Clemens, Anselmus, & multi alii cum S. Thoma.

Quicquid sit de hac sententia, (Num Paulus vidisset essentiam divinam perfectè sicuti Beati, quamvis solum in raptu.) de qua utrumque Theologi disputant:

1. Celestis sapientia.

Gal. 1.

Iesus S. Paulum instruit.

Ephes. 3.

2. Cor. 12.

2. Cor. 2.

Rom. 11.

An S.

Paulus divinam essentiam vidit.

2. 2. q. 178. an. 5.